



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1707

Q. 36. An Beneficia manualia sint reipsa Beneficia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42600

dis aliisque, quæ non sunt meræ gratiæ sed veluti præmia benemeritorum) posse auferri pro arbitrio Superioris etiam sine causa, nisi fieret ex odio & calumnia vel cum magno dedecore amoti, qui probare debet fieri ex illis causis vel cum hoc incommodo: imò quamvis Episcopus aliquem ordinasset super tali beneficio, adhuc posset amoveri, quia factum Episcopi non debet præjudicare illi, qui habet jus amovendi, nisi hic consensisset; *Garcias* p. 1. c. 2. n. 91. *Luca* n. 25. An autem amotio fieri possit per laicos, videri potest *Luca* disc. 80. sed de tali amotione, sitne licita vel etiam valida, plura videri possunt apud *Castrop.* d. I. p. 5. Item universim de perpetuitate & manualitate beneficiorum plura habet *Leur.* p. I. q. 61. & seqq.

§. IV. Beneficium monoculare est, quod est unicum in Ecclesia, vel cujus solius & unici collationem habet aliquis, *Lott.* l. 2. q. 39. n. 3. *Nicol.* tit. 1. d. 2. §. 2.

§. V. Commenda spiritualis est officium vel beneficium, in quo alicui commendatur administratio aliqua spiritualis; v. g. ministrandi Sacramenta, concionandi &c., & aliter vocatur Vicaria; potestque esse perpetua vel temporalis, uti latè prosequitur *Castrop.* p. 8., & dicemus à n. 239.

Q. 36. An beneficia manualia sint reipsa beneficia. R. Negant cum aliis *Sanch.* in *Decal.* l. 7. c. 29. n. 106. & *Castrop.* t. 13. d. I. p. 2. n. 7., quia non sunt perpetua; sed *Leß.* de just. l. 2. c. 34. d. 1. affirmat, nam in se, id est, ex natura & institutione sua sunt perpetua, ac etiam conferuntur in perpetuum, sive absque restrictione ad tempus, quamvis per accidens & prout sunt in hoc beneficiato non sint perpetua, quia nempe hic provisus est subjectus dispositioni Superioris vel obedientiæ quoad officium,

habitationem ac vitæ totius directionem. Deinde etiam per hoc sunt perpetua, quod instituta sint, ut semper durent, dumque auferuntur uni, ut alteri conferantur, uti innuit *Nav.* apud *Gob.* t. 8. n. 631. Et sic patet, cur pensiones non sint beneficia, quia nempe morte pensionarii extinguuntur. Videri potest *Leur.* p. 1. q. 84. uti & *Illsung* t. 5. n. 173.

223 Q. 37. Quid præterea notandum sit circa beneficia regularia & secularia. R. seqq.

§. I. In Ecclesia seculari possunt esse beneficia regularia, & in regulari secularia, *Luca* de benef. d. 63. n. 4., *Corr.* de benef. l. 1. c. 6. à n. 329. Imò in eadem Ecclesia possunt esse duo Capitula, unum secularare, alterum regulare; item collator potest esse regularis & beneficium secularare, ita ut non possit conferri regulari, *Luca* n. 7. & 12. An autem beneficium fundatum in Ecclesia regulari possit semper præsumi regulare, videri potest *Castrop.* t. 13. d. 1. p. 34 §. 4. n. 6.

224 §. II. Beneficium secularare vacat per professionem Religiosam nisi Papa dispenset; sed meritò non debet dispensare, ut Religiosus sit Canonicus, quando est contra statuta vel immemorabilem consuetudinem alicujus Ecclesiæ, *Luca* d. 64.

225 §. III. Beneficia secularia sine dispensatione conferri posse Regularibus, præsertim Canonicis, docet cum aliis multis *Tamb.* de jure Abb. T. 3. d. 9. q. 8., quem sequuntur *Engel & Lessius* in auct. v. Religiosus, cas. 2. Oppositum probabilius tenent ex *Conc. Later. Rebuff. Castrop. VVames. Pelliz.* t. 8. c. 6. à n. 231. *Corr.* in praxi dispens. l. 6. c. 1. *Sanch.* in Dec. l. 7. c. 29. *Garc.* p. 7. c. 10. à n. 31. *Pirb.* l. 3. t. 5. n. 118.: In quibus tamen casibus beneficia secularia conferri possint Regularibus vel regularia secularibus, videri potest apud *Castrop.* §. 1. & *Leur.* p. 1.